

297.

61-2

I. N. 7.

DISSERTATIO PHILOGICA,

DOMOS A DEO ISRAËLITIS FACTAS, EXOD. Cap. I. v. 21.

PARTE PRIORI,

Leviter Executiens,

QUAM,

Indulgentia Amplissima Facult. Philosoph.

In Regia Academia Aboënsi,

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO atq; CELEBERRIMO,

DN. CAROLO ABRAH. CLEWBERG,

Græc. & O. O. L. L. PROFESS. Reg. & Ord.

Publico examini modeste submittit

MATTHÆUS AHONIUS,

Tavastensis,

In Auditorio Majori ad D. XXIII. Maji,

Anni MDCCLIII.

H. A. M. S.

ABOË, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.

Finland, JACOB MERCKELL,

favore, responsioneq; quæ a nobis in presentiarum

VIRO

Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,

Dn. IMMANUELI FOENANDER,

Ecclesiarum, quæ in Janackala, Hausjertvi & Ren-
gâ Deo colliguntur, Pastori Meritissimo, Evergetæ &
Patrono Dignissimo, Propensissimo, omni oble-
quii genere æternum Suspiciendo.

VIRO

Consultissimo atque Spectatissimo,

Dn. THOMÆ MOLLEÉN,

Silvarum per Savolaxiam Præfecto Prudentissimo;
Æquissimo, Fautori & Evergetæ multis no-
minibus Colendo.

VIRO

Perquam Reverendo atque Doctissimo,

Dn. ISRAËLI KEMPE,

Sacellano in Rengâ Vigilantissimo, Fautori
Certissimo.

Tandem ex voto obtulit se mihi diu jam ex-
optata dies, qua reverentiam meam, Vo-
bis, Patroni & Evergetæ Optimi, publice te-
stari licet. Multa quidem atque magna, Pa-
tronii & Fautores, inde a primo momento, quo
mibi Vobis innotescere contigit, beneficia in me
colla-

collata voluntatis. Animum penes Vos ad res
 meas ^{et amorem} benignissimum propensissimumque multoties
 sum expertus. Doleo quod Vestra in me merita
 dignis jam laudibus, Evergetae Dignissimi, de-
 cantaturus, imparem iisdem rite prædicandis me
 fateri cogar. Patiamini interim, Patroni ^E
 Fautores, ut opusculum hocce Philologicum, omni
 licet nitore destitutum, ceu gratitudinis in Vos
 meæ nullo unquam tempore intermorituræ, pignus,
 Nominibus Vestris inscriptum in publicum pro-
 deat. De cetero fortunas meas in posterum Vo-
 bis, Evergetæ Optimi, habeatis commendatas,
 majorem in modum rogo. Pro Vestra Vestro-
 rumque incolumentate ego vicissim vota ad Sum-
 mun Numen calidissima, fundere nunquam in-
 termittam, ad ultimum vite halitum perseveran-
 turus

NOMINUM VESTRORUM

cultor observantissimus,
 affidius,
 MATTH. AHONIUS.


Inspectoren öfwer Harwilla Gods,

Ådel och Högaftad,
Herr HANS NICLAS JOHN,
Min Gunstige Gynnare.

Ångfallig godhet/ som mig redan är er-
tegg tedd under thenna lilla tiden jag haft then
åtan at vara af Herr Inspectorn fånd/ intrypfer
uti mitt sinne en onphörlig åhåga/ at i någor
måtto wisa min årkanslo theremot. Swarade
förmågan emot mitt hiertas åstundan/ torde
min tacksamhet icke lämna mångom företrädet.
Nu måste jag nöja mig med thetta pappers
prof/ til ett ringa wedermåle af min tacksam-
ma wålmening. Herr Inspectorn behagade lä-
sa thet samma hos sig tolka all den Högach-
ting ett tackamt sinne hysa kan/ och mig
åtven härefter/ med sin godhet omfatta. Den
Allrädande Förshnen giöre Herr Inspectorns
dagar många/ fördolisame och sälla/ och häg-
ne Des kiära omtvärtnad med all sielv begiär-
lig wålgång! Önstar

Ådel och Högachad Herr Inspectorens

Ödmjuk tienare,
M. AHONIUS.



§. I.



Egem Ægypti Pharaonem *Bufyrū*
durissima servitute, inhu-
mana prorsus ratione, gen-
tem pressisse Israëliticam,
Exodi I: & V. capp. lucu-
lenter commonstrat Mo-
ses. Cum enim populus
hic, ex singulari Summi
Numinis benedictione, stu-

pendum in numerum in Ægypto excrevisset, time-
bat Rex, ne quando Ægyptiis rebellantibus suppe-
tias ferret, aut arreptis armis se ipsum in liberta-
tem vindicaret. Hinc impositis oneribus gravissimis
eum atterere conabatur: existimans graviora Israë-
litis imposta opera, in regione ad radios solis ar-

A

dentis-

*hoe ipso r-
nus Ægypti
regionem
iun calidi
sed magna
ibi asse a
forem, qu*

dentissimos exposita, non posse non variis generis morbos & mortem eis adferre. Quo minus autem consilium & propositum ejus ex voto succedebat, crescente nihilo fecius indies populo, eo magis crudelitatem suam intendebat Pharao, adeoque ejusmodi servilia opera ab Israëlitis crudeliter exigebat, ut Moses ea camino terri jure conferret, Deut. IV: 20. indicando servitutem tam duraam, ut in ea liquefias populus, quemadmodum in camino ferrum liquefieri solet (*a*). Præterquam enim quod urbes, Pithonem & Rahamesam, extruere & munire jussi sunt, referunt etiam Scriptores profani, quos inter Flav. Josephus, scriptor antiquitatum illustrissimus (*b*), Israëlitas, flumen in multas fossas diducere, mœnia exædificare, aggeres, quibus inundationes fluiminis arcerent.

(*a*) cf. Teller. ad cap. IX: Ex. v. 8.

(*b*) Ita vero Josephi hac de re sonant verba: δεινῶς ἐνύ-
βριζόν τοῖς ισραηλίταις, καὶ ταλαιπωρίας αὐτοῖς ποικίλας
ἀποιδόντες. Τόντε γέ τοτε μὲν οὐδέποτε πολλὰς αὐτοῖς προσ-
παξαν διατυσίῃ, τέχνη τοιούτην οὐδέποτε πάλιστι, καὶ χάματα,
ὅπως ἀν τείχοι τερ ποταμοῖ μὴ λιμνάζειν ἦντις ἐπειβαί-
νεται, πυργίδας τοιούτους εἰζέτρυχοι ήταν τὸ γένος.
b. c. inhumane tractabant Israëlitas, variisque labores iis
atterendis excogitabant. Nam et fluvium in multis ri-
pos deducere jussi sunt, et muros civitatibus circumdare,
et aggeres, ne aqua super ripas effusa in illis stagnaret.
Pyramidibus etiam extruendis homines nostros adhibentes de-
serebant.

Antiquit. Lib. II. c. IX. edit. Havercamp. p. 97.

reperiuntur pyramides, turre^s ingentis latitudinis.

300.

300

3

arcerentur, ~~pyramidesque~~, gloriæ atque insolentia^e Ægyptiorum Regum durabilia signa, exstruere, adactos. Servilibus vero his operibus, ceteroquin durissimis, ad opprimendos Israëlitas, nihil valentibus, crudeliora & a jure omnium gentium abhorrentia consilia capessebat Pharao, obstetricibus præcipiendo, ut omnem Ebræorum prolem masculam statim a nativitate suffocarent. Obstetrics autem a tam nefando scelere abhorrentes, Deumque timentes puerulos servarunt, unde atrocissima Regis voluntas, antea tantum dolo effectui danda, jam in apertum erupit mandatum, quo puerulos omnes recens natos in flumen projici jussit. Sed, quemadmodum apposite idem auctor observat, κρατήσει δ' αἱ οὐδεὶς τὰ τεούς γνώμης, γόθος μεγίας πάχυνε εἰπε τέτω μηχανούμενος, h. e. frustra quis Dei consilio obnuititur, mille licet artes ei obstruendo adhibeat; (*) tanta sub tyrannide, mirifice nihilominus accrescebat populus Dei, ad quam accretcentiam etiam haud parum fecit pietas & religio obstetricum, qua puerulos Ebræos contra regium edictum in vita servarunt, & coram Pharaone dissimularunt, mulieres Ebræas in partu, suo non indigere auxilio. Dissimulationem illarum nonnulli vitio carere contendunt; cum & interrogans ob pravum consilium jure veritatem explorandi excidat, & veritatis manifestatio non in utilitatem, sed damnum aliorum cessa- fura esset. Hoc & eo certius esse videtur, quo

A2

clarior-

(*) Loc. cit. p. 98.

in hoc
cum eat
les abi
tyrani
et un
populan
re cona

clarioribus verbis Moses affirmet, Deum obstetricibus ob pietatem suam beneficisse, atque Israélitas magis magisque incrementa cepisse. Beneficium autem Divinum, cuius mentionem facit Moses v. 21: c. I. Exodi, utrum solis competit obstetricibus, an vero universo populo Israélis sit tribuendum, inter interpres, tam antiquos quam recentiores, minus convenit. Idcirco non abs re futurum arbitramur, si in tanta interpretationum varietate, auctoritate Linguae Hebrææ subnixi, & rationibus utrinque examinatis, ostendamus, cuinam opinioni maxime fidem addendam esse judicemus.

In hoc autem negotio, et si vix quidquam novi & eximii a nobis præstari posse speremus, conatus tamen innoxius, veniam merebitur. Videbimus autem satisfecisse officio nostro, si varias variorum illustrium virorum super hac re opiniones Tibi, B. L. candide produxerimus, nostram vero argumentis adstruxerimus, si non invictis, saltem non plane contempnendis.

§. II.

Antea vero quam ad scrutinium ipsius argumenti nostræ Dissertationis mentem accingamus, in antecessum ordo requirit, ut primo omnium verba Textus Hebræi exhibeamus, & dein Versiones antiquas Orientales eidem subnectamus. Exodi I: v. 21. Textus Originalis ita habet: פָּנָא יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְאֶת-בְּנֵינוּ נִשְׁתַּחֲווּ תְּמִימָה. תרגום לארון: בְּנֵינוּ נִשְׁתַּחֲווּ תְּמִימָה. תרגום לאמון: בְּנֵינוּ נִשְׁתַּחֲווּ תְּמִימָה. LXX.

LXX. interpretes versum hunc ita vertunt: *μέτωπον της θεού, επίνοιας εαυτοῖς ὀλέctionum κιάς.* Chaldæus: בְּרַחִילָא חִתָּה תְּחִנָּה גִּינָּלָס
 וְעַבְרֵל הַיּוֹן בְּתִי צָמָקְדָּה אֶת obstetrices timuer-
 sent a facie Dei, fecit eis domos. Eundem fere ad
 modum Syrus; factumque est, ut cum timuissent ob-
 stetrices Deum, fecit eis domos. Sic & Samaritanus.
 Arabs Polygl.- autem in medio & fine periodi ad-
 habet nonnulla, textui Hebræo prorsus ignota; di-
 cit enim: Cum timuissent obstetrices Deum, fecit eis
 ambabus domos, & texit eas. Sed Arabs Erpen:- a mo-
 do allatis versionibus paululum discedit interpre-
 tando: Et factum est, ut cum timuissent obstetrices Deum,
 fecit eis (in mascul. genere) domos.

§. III.

Versionibus, antiquissimorum interpretum sic præ-
 missis nemini non innotescere potest, discrepan-
 tiā eorum circa tres potissimum quæstiones ver-
 sari. Quæri enim hic merito poterit: 1:0 *Quis adi-
 ficaverit domos?* 2:0 *Quibus?* Et denique 3:0 quid
 phrasī, *domos adificare*, h. l. intelligendum veniat?
 Hæ etiam sunt difficultates, circa quas enodandas
 inpræsentiarum nostra potissimum hærebit opera.

Quod si primam quæstionem, quæ concer-
 nit auctorem exstruetarum domorum, ex II. §.
 allatis versionibus intelligere voluerimus, difficulta-
 tem ea in re variantes pâriunt nobis interpretes eam-
 que maximam. LXX, ut patet, a nativa vocum
 hebraicarum indole & significatione digredientes, ver-
 bum

bum שָׁעַן, quod singularis est numeri, vertunt in plurali per *וְאַתֶּן*; Pronomen vero relativum — בָּהִזָּה, *וְאַתְּ*. Unde nullo negotio colligi potest, eos, obstetrices sibi ipsis peculiares domos exstruxisse, statuere. Et his quidem adstipulatur Augustinus, obstetrices sibi ipsis domos exstruxisse munitas existimans, ut se ab Aegyptiis tuerentur. Nec multum abludit Paraphrastes Hierosolymitanus: *אוֹתָהּ חֲלֵין יְלוּתָהּ מִזְרָחָה* וְקָרְבָּן יְהוָה וְקָנֵין לְהַזְרֵבָה שָׁמֶן טָב כְּגֻרוּרְיוָה רַעֲכָבוֹן לְהַזְרֵבָה: Hoc בתיהם ביהה רלוות ויכוחה רבתה: est: quia obstetrices timebant Dominum, ideo conciliabantur sibi nomen bonum apud concives. Feceruntque sibi domos, domum scil. Levitici ministerii & Sacerdotis magni. Tradunt nimirum Hebræi duas illas obstetrices, a Mose Siphra & Pua appellatas, fuisse Miriam & Jochebed matrem ejus, filiam Levi, ex qua nati sunt Aaron & Moses, penes quos, uti notissimum est, postea Sacerdotium & Regnum in populum Israëlis fuit. Hinc Hierosolymitanum, & alios, qui hanc versionem amplectuntur, movit, quod in Scripturis aliquando appellatione *domus, Regnum & Sacerdotium* veniant.

Quidam rursus verba: *לְחַזְקָתָה עֲשֵׂה* ad Regem Pharaonem referunt(c), eum obstetricibus proprias & peculiares domos exstruxisse arbitrati, unde exire illis non licebat, sed expectare ibi cogebantur mulieres Hebræas parturientes, quæ ad ipsas addu-

(c) in Matth. Poli Londinensis Synopsi Criticorum, Fagius & Vatablus. vid. Cris. Engl.

adducebantur ex mandato Regio, ut ista ratione Aegyptii una cum illis cognoscerent, num filius a filia nasceretur? Alii paullo aliter eam opinionem referunt: Suspectam habens Rex obstetricum Hebræarum fidem, domos certas eis assignavit, unde exire non possent, quin sentirent Aegyptii, qui eas, cum irent obstetricatum, ad cognoscendum partum comitarentur (*d*). Alii sic: cum obstetrics magis Deum quam Regem reveritæ, mares conservassent, custodes Israelitis adhibuit, ac duas, inter Israëlitarum domos, unam esse voluit, ne mares celare possent. (*e*).

Econtrario alii domorum exstructionem Israëlitis adscribunt, quasi illi, gratitudinem suam erga obstetrics testandi gratia, domos munitas eis ædificaverint, ubi, quod non exsequerentur mandatum Regium de interficiendis puerulis, ab incursu Aegyptiorum tutæ esse Regisque vindictam evitare possint (*f*). Lyranus, cui eadem sententia arridet, sic interpretatur: quod fuerunt videlicet obstetrics illæ receptæ in populum Ebræum, & junctæ matrimonio viris primariis. Existimat itaque obstetrics illas fuisse foeminas quasdam Aegyptiacas, siquidem sin Hebræas extitisse credidisset, ab Hebræis receptas & matrimonio junctas minus statueret.

Alii denique, & plurimi illi quidem, tam ex veteribus

(*d*) vid. Muisum ad h. l. (*e*) R. Bech. in Muis.
(*f*) vid. Crit. Angl.

a foetu
scribentes
femina
derivata
femore

teribus quam recentioribus Criticis atque Philologis,
qui Deum ipsum domorum illarum a Mose commemora-
tarum auctorem statuant; & hoc etiam varie
exponunt: *vel* quod fecerit eis domos, id est, pro-
texerit ac defendenterit eas. Huc redit versio Arabis
Polygl. angl.-qua statuit Deum obstetricibus ambabus
domos fecisse ac protexisse eas. R. David Kimchi ita
scribit, *והנראח בענו כי פירוש ועת להט כתיב*
שהסתהיז טפראעה שלא חרע להט ברוך שנאמר
בwortioho וברוך ווסתורומיyo: videtur mihi is esse sensus:
abscondidit eas a Pharaone, ut nihil mali eis ficeret; jux-
*ta illud quod dicitur de Jeremias & Baruch, Jerem. Cap.
XXXVI. v. 25. & abscondidit eos Jobovab, יהוֹבָב.
*Hæc ille: (g) *Vel*, quod fecerit eis domos, scil. Sacerdotii & Regni, quod ab aliis (b) ad Israëlitas,
ut supra dictum est, ab aliis vero ad Deum refer-
tur.**

Nonnulli aliis plane modis id de obstetricibus
intelligunt. Sed de his in sequentibus amplior dicen-
di patebit campus, dum ad quæstionem tertiam, de
seniū phraeос, *domos ædificare*, agentem, perventum
fuerit.

§. IV.

QUOD si porro quæratur, *quibus* illæ sint ædifica-
tæ domus? eo brevior erit responsio, quo ma-
gis ex superioribus innotescit, interpretum nonnul-
los, domos illas, sive proprie sive figurate intelle-
tas,

(g) *in voce* בֵּית *cpl.* סִפְר הַשְׁרָשִׁים *l. 13.* (b)
R. Salomon ad b. l.

etas, ad obstetrics referre, eaque in re perpetuo convenire, ceteroquin licet de auctore varient. Verum, cum nec desint eruditii, qui beneficium illud universo Israëlitarum populo a Deo contigisse statuant, firmioribusque argumentis id comprobare & evincere videntur; nos quoque sententiam illorum amplectemur, eamque in sequentibus pro modulo ingenii defendere laborabimus.

§. V.

PRius vero quam quidquam certi concludere possumus; de intellectu phraseos, *domos facere*, in antecessum non nihil disquiremus. Quidam eam proprie sumendam esse arbitrantur, ædes naturales sive artificiales intelligentes, quorum hic mentionem facere supersedemus, quum de eorum sententia ex superioribus abunde constare queat. (i) Plerique figuratum admittunt sensum, sed nec illi quidem uno eodemque modo exponunt: variant etenim de subjecto, *cui*, utrum obstetricibus, an vero Israëlitis, illa domorum extiratio contigerit? Quidquid sit, id tamen notissimum, imo certissimum est, phrasí illa, *domos facere*, sive de obstetricibus sive Israëlitis intellecta, *familiam numerosam*, *egregiam*, *longevam* dicitemque indigitari. Compluribus id Scripturæ locis probari potest. Sic familiam denotat vox בֵּית Exodus cap. I: v. 1, ubi hæc leguntur: *Vir & familia eius* בְּאֶחָד וּבְיִתְּנוּ שִׁבְעַנְצָרָן venerunt; Sic Psal. LXVIII. v. 7.

B

אַתָּה יְהוָה בָּהִר

(i) cf. §. III.

אֱלֹהִים מָשִׁיב יְחִידִים בַּיּוֹתָר ^{deuter. 1. 10. 11. 12.} ^{ad nat. a. 1. 12. 13. 14.} ^{sed L. mansit, habitavit.}

Deus habitare faciens solitarios in domo. nim. in domo non vacua, sed liberis, quae potissima pars sunt familiae, plena. Sensus est: qui sine liberis sunt, reddit multorum liberorum parentes. Nam solus nemo domum aut familiam facit; requiruntur uxor & imprimitis liberi. Qui ergo improlis est, ei nec domus esse dicitur. Contra in domo habitat, qui prole fæcundus est. (k) conf. Ps. CXIII: v. 9. item aliis locis, e. g. Gen. VII: v. 1. Exod. XII; v. 1. &c. Sic verbum ædificavit, sumitur Gen. XVI. v. 2. & Cap. XXX: v. 3. ubi Græci habent ~~πατεροντας~~. Ita Deut. XXV: v. 9. אשר לא יבננה qui non ædificaverit: את בות אחיו domum fratri sui, h. e. noluerit augere prole. Ita Ruth. IV: v. 11. אשר בְּנֵי שְׂתִיָּהוּ אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל: quiæ duæ ædificarunt domum Israël, h. e. pepererunt multos filios. Ita & verbum עֲשֵׂה adhibetur, itemque נָתַן e. gr. II. Sam. VII: v. 11. כִּי בֵית יְשֻׁבָּה לְךָ יְהוָה: I. Sam. II: v. 35. וּבְנִיתָיו לוֹ בֵית נָסָן: I. Reg. XI: v. 38. אשר עֲשָׂה לִי בֵית Cap. II: v. 24. זָנַת לִי בֵית

Nec mirum prolem vocari domos, cum בֵּן filius sit a בָּנָה ædificavit; filii quippe domum paternam adaugent & quasi ædificant. Filius, inquit Aben Ezra, est instar ædificis: pater autem quasi fundamentum (k) cf. יְשָׁרָם. Sic & Docet (hic Scriptura) de eo, cui nulli sunt liberi, quod ille non ædificatus; sed destructus sit (l) Ita Schol. hunc locum

(k) cf. Druſ. ad h. l. (l) ad loc. cit. (*) ad Gen. 8, XVI. v. 8.

locum vertit: ἐξαύτων γάρος ἀπλήθυνται, καὶ ξηροί ὁ θεοφόρος τὸ γένος. (m) Hic, licet de obstetricibus intelligat, verum tamen sensum exhibet. Theodoretus & Augustinus de divitiis & facultatibus intelligunt (n). Nam domus non solum familiam; sed etiam facultates significat, ut Esth. VIII: v. 1. dedit ei domum Haaman. Et Luc. XX: v. 46. dicitur de Phariseis: οἱ καπηλοὶ τὰς αἰκίας τῶν χηρῶν Divus Hieronymus spirituales domos sive mansiones in cœlis intelligit. (o) Pererius de benedictione quavis divina sumendum esse dicit (p).

§. VI.

Visuris jam cui potissimum ex allatis sententiis album addamus calculum, absurdā & incommodā nonnullarum opinionum prius exponenda veniunt. Hallucinantur, qui Israēlitas obstetricibus domos, easque proprie intellectas, extruxisse, in quibus tutæ esse possent, somniant. Qua enim ratione potuerunt Israēlitæ, in terra aliena peregrini, & durissima Pharaonis servitute pressi, obstetricibus domos extrudere? Obstat etiam huic sententiæ Pharaonis edictum, quo ne hilum quidem temporis vana ejusmodi opera moliendi, Ebraeis reliquit. Simili plane modo errare videntur, qui Pharaonem obstetricibus domos ædificasse ajunt, in quibus Ebraeas parturientes præstolari debuerint, quæ ad illas adducebantur; ast hi impossibilia augurantur. Procul a veritate discedunt, qui auctoritati Septua-

B2

ginta

(m) Crit. Anglie. (n) cf. Druſ. ad b. l. (o) Hieron. in Jos. c. P. (p) conf. Tell. in b. l.

Mginta viralis versionis nixi, obstetrices sibi ipsis peculiares domos fecisse credunt. Ceterum hoc e diametro adversus ipsos fontes pugnat, nec ullo modo in contextum quadrat, proinde nec longiori refutatione indiget. Absurda etiam Schuckford & Stockhouse (r) moliuntur, qui Pharaonem domos illas proprie intellectas Israëlitis ædificasse, idque ejus rei ergo fecisse dicunt, ut omnem Israëlitis demeret occasionem suam evitandi tyrannidem, quod facili quidem negotio Israëlitas facere potuisse arbitrantur, si eis ulterius, ut hactenus, in tentoriis habitare licuisset; quum e contrario, dum in ædibus habitare cogerentur, horoscopum uxorum suarum filiosque recens natos ullo modo celare nequirent, quin custodes eorum id animadverterent. Sed nulla opinio minus consistere potest ac hæc ipsa; inuitur enim illa, primo improbabile quid, scilicet statuendo Israëlitas eosque in tentoriis habitasle. Deinde, quod si etiam id demonstrari potuerit, nunquam tamen conclusionem, quam volunt, exinde derivabunt. Quidni tam facile, aut fortasse facilius, in ædibus quam tentoriis horas lucinas filiorum suorum celare potuerint custodes? Ast, inquiet, in singulis illis fictis domibus unus habitavit custos, & ejusmodi vigiliæ potius in ædibus quam tentoriis peragi potuere. Verum hoc gratis asseri, ponique solummodo, non probari, quis non viderit? Porro, interpretatio hæc est toti verborum nexui, itemque accentibus minus conveniens.

TAN-

(r) Historie du Monde Tom. 2. pag. 20. Tom. I. p. 362.

Non potest hæc domorum eafructio proprie intelligi. nam seopus historias eff. ostendere, quomodo Israëlitæ creverint.

*Deus genit
cedentibus
Beneficis
res tibi*

Tandem *duo* hic observanda sunt: (α) quām *subiectum* proxime præcedens non sit Pharaō sed Deus; hinc etiam ipsum *predicatum* ex congruo, non Pharaō, sed Deus esse debet. (β) In versū sequente expresse nominatur Pharaō, idque indicium est manifestissimum, ejus mentionem in proxime præcedentibus non omnino esse factam Secus si esset, nexus & ordo verborum naturalis fere hic foret: *& fecit Pharaō illis domos;* non vero: *& fecit illis domos;* quām v. 22. dicatur: *& præcepit Pharaō &c.* Hos itaque adversus ipsos fontes peccare, in proposito est.

§. VII.

Allatis perpensisque ceteris variorum hunc locum interpretandi rationibus, bivium tandem nobis occurrit sententiarum, quæ præ reliquis minoribus obſitæ spinis, gressum faciliorem planioremque redunt, simulque qua potissimum sit incedendum per vestigandum relinquunt. Applausum primo intuitu mereri videbuntur, qui domos & intelligendas figure & ad obstetrices referendas esse contendunt. Hi namque auctoritatibus non modo, sed & argumentis non sfernendis mentem munire nituntur suam. Et sensum phraseos, *domos adificare*, quod attinet, metaphoricum, assentum hac in parte nostrum facile impetrabunt, idque quas potissimum ob rationes e §. V. patere arbitramur.

Quod si quæratur, utrum obstetricibus, an Iraelitis aucta fuerit proles; res altiore disquisitione indiget.

diget. Versiones antiquissimæ, obstetricibus solis benedictionem vindicantes, ab hac parte citantur testes. Græcorum *iavæc*, non nisi ad obstetrics reuelaris, quæcumque de cetero illorum interpretum a fontibus heic inveniatur discrepantia. Onkelosi Syrique לְהִוָּת præcedens חַיָּת respicere, negari nequit. Similiter Samaritani מָלֹאתָת constructione reterre patet.

*a d
ibābumā bilätāni* & apud Arabem Bibl. Polyglott. de voce dualis numeri לְקָנָת intelli-
gi debere nullum est dubium. Neque, si illos audi-
verimus, juvabit a Versionibus ad fontes provocare,
urgendo, pronomen כָּל, utpote masculinum, de
Iraëlitis esse explicandum: mox enim contra senti-
entes ad generum enallagen, in Codice Hebræo sa-
tis frequentem, se recipient. Exempla ipsis erunt
in promptu, eademque numero non pauca, ubi ge-
nus masculinum pro feminino etiam in pronomini-
bus positum deprehendetur. Sic e. g. Ruth. I: v. 8;
ubi mentio fit Naomi & duarum nuruum ejus, dicitur:
בְּרוּ כָּלֵב יְהוָה נָעָשָׂה id est, faciat Dominus
vobiscum misericordiam. Et ibid. I: c. v. 13, occur-
rit כָּלֶב pro מְכֻן. Præcipue Exod. II: v. 17. in
in verbo כְּרֹשֶׁת, & ejecerunt eas, occurrit af-
fixum verbi masculinum, quod tamen in feminino
explicandum est, siquidem hoc ipso illæ septem fi-
liae Jethronis indigitantur: & statim in nomine fe-
minino affixum masculini כְּנָתָת, oves earum.
item I. Sam. XXXI: v. 7. extat בְּקָה, quod tamen de
in illis, pronom. fem. pl. nomi-

nomine præcedenti masculino **הַעֲרֵי** intelligendum est. Similem enallagen Exod. XI: v. 6. Jud. XIX: v. 24. & Zach. VIII: v. 9. reperire licet. Ex hisce igitur aliisque ejusmodi exemplis tuto colligent, inversionem generum sæpius in Lingua Hebraea Sacroque Codice fieri, & proinde huncce locum ita explicari debere. Quo vero majorem speciem hæc generis discrepantia lucretur, non nomine solo enallages contenti, rationes, cur heic adhibeatur, ex cogitare non dubitant. R. Bechai ait (s) masculinum hic admitti in præmium præcepti, cui operam dederunt obstetrics, conservando mares. Vel ut Vatablo placet (t) masculino utitur, ut innuat eas tœcundas fuisse ex viris, a quibus nomen accipiunt familiæ. Eodem fere modo Drusius (u) *Forte quia* **הָרַת** posuit, innuere voluit marites earum, ut hoc dicat: fecit maritis obstetricum domos, hoc est prole fœcundavit eos, ut plures domus ex iis ortæ sint. Pergit idem: Nam aliud facere domos & facere domum: Facere domum legit. Sam. VII: v. 2. quia domum faciet tibi Dominus, s. e. te sobole beabit, ita ut domus tua sit perennatur in omnes ætates. Hoc alibi dixit: edificabo tibi domum firmam ac stabilem, quod vulgo reddunt domum fidelem. Facere domos, non unam sed plures innuit familias, vel certe domos patrum. Nam in una familia possunt esse plures domus hujusmodi &c. Hæc ille.

Nec defunt, qui masculinum hic usurpatum autumant, vel ad indicandum obstetricum virilem ac genero-

(s) Muis. (t) ad b. l. (u) in Crit. Angl.

generosum animum, quo atroci Regis edicto restiterunt, vel propter masculos, quos obstetrices servarunt in vita. (x).

§. VIII.

Sic speciosis admodum coloribus hæc ornatur sententia, nec dubitaremus nos in eam concedere: nisi argumentis, quæ ab hac parte militant, rite perpensis, in promptu esset videre, infirmiori eadem niti tali. Quum autem heic, quo pedem tuto figere queamus, vix invenire detur, nec a fontibus nulla urgente necessitate recedere liceat; experiamur, annon planior investigari queat ex his difficultatibus elabendi via. Dabitur hæc, si phrasi, *domos facere*, de multiplicatione prolis intellecta, *benedictionem illam Israëlitam tribuendam* evicerimus.

(x) Malvenda & Ainsworthius ap. Polum.

umenta nostra positionis, benedictionem illam Israëlitam dicantia. (x) repertur in contextu proximi: *מִשְׁפָּטִים* non ad *poem:* *מִשְׁפָּטִים* verum ad *vocem* *מִשְׁפָּטִים* referidelet. Son admissi debet. *Enarratio* *de qua hic non potest aliis recte. logitur script. *De qua hic non potest aliis recte. etenim utrumque* *mentio facta est ex iuxta obiectum pietatis, hic autem idem reperi se Tatorogit esse. (x) Scopus rhosarius est ostendere modo israëlitas reverint. (x) occurrit sic accentus iorū distinctionis at tract. (y) non semper est**